RITUALE MIT BREVIERTEXTEN
Entstehungsort unbestimmt, 1578 Seite 36r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



libertatis irradiat. ad huius ergo festiui-
tatis reuerentiā feruore spiritus descenden-
tes. quantum deuocio humana exigit. ti-
fulgore flammarū placita luminaria ex-
hibemus. vt dum hec fide integra persol-
uuntur. creature tue etiam preconia ex-
tollantur. Flamme quippe lux dicenda ē.
per quam potestas deitatis moysi apparere
dignata est. que de terra seruitutis populo
exeunti salutifero lumine ducatum ex-
hibuit. que tribus pueris in camino sen-
tentia tiranni depositis. vitam plandimentis
mollioribus reseruauit. nam vt prece-
dente huius gr̄a luminis tenebrarū horro'
excluditur. ita domine lucescente maie-
statis tue imperio. peccatorū sarcine dilu-
untur. Cum igitur huius substantie mi-
ramur exordium. apum necesse est lau-
demus originem. Apes vero sunt frugales
in sumptibus. in procreatione castissime.
edificant cellulas cereo liquore fūdatas.
quibus humane pericie ars magistra
non coequūt. Legunt pedibus flores. ⁊ nul-
lum damnum floribus inuenitur.